

**www.e-rara.ch**

## **Numismata summorum pontificum templi Vaticani fabricam indicantia**

**Buonanni, Filippo  
Lonigo, Michele**

**Romae, 1700**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 1332 q

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-13083>

Caput IV. De atrio, ejusque mensuris, januis, & scalis.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



## CAPUT IV.

*De Atrio, ejusque mensuris, Januis, & Scalis.*

**I**N Basilicam aditus per multiplices januas patebat; in mediana enim majori navi tres æquales erant altæ palmis 29. latæ 16. In pariete, ortum Solis respiciente, apertæ. In duabus navibus medianæ proximis janua una inerat palmis 28. alta, lata verò 14. In pariete transversæ navis occidentem versus duæ aderant, & ad meridiem unica, singulæ in altitudinem 18. palmorum, & latitudinem 10. patefactæ, quas mensuras ab Illustris. Ciampino inveni relatas, ex Archivio Vaticano, ut idem affirmat, acceptas. In utroque insuper latere Basilicæ aliæ quinque januæ à diversis Pontificibus temporis progressu fuerunt apertæ, ut ingressus daretur ad quasdam Ecclesias, seu Oratoria ab iisdem extructa, additaque Costantinianæ Basilicæ, ut infra patebit.

Amplum addidit Constantinus Atrium, cujus Ichnographiam in superiori tabula exposui, quod quadriporticum denominabatur, à quatuor porticibus, & F G I K indicatis. Porticus, quæ Basilicæ hærebat ejus latitudinem sua longitudine æquabat, lata palmis 53. alta verò 55. Decem fulciebatur columnis cum binis Parastatis. Binis porticibus G I in dextera, & sinistra parte atrii excurrentibus, longitudo erat palmorum 256. latitudo 41. tredecim columnis singulis adjectis, quibus tectum fulciebatur. Quarta denique porticus K alteri è diametro oppositæ omninò respondebat sua longitudine, in latitudine verò explebat palmum unum supra octoginta.

Harum mensuras accepi ex eodem cap. 4. Illustris. Ciampini; cæterùm in tabulis aliorum Auctorum omninò varias deprehendi, sicuti in superiori Basilicæ Ichnographia, prout in subjecta atrii tabula expressi. Undè nam hæc mensurarum varietas orta sit incompertum prorsus mihi fuit. Temporis dicam injuriam, fuisse, cujus edacitate pereunt cum Artis tum Naturæ opera, & ærea quamvis existant, dente nimis invidioso in pulverem redacta ventis ludibrio sunt, ac prorsus evanescent. Illud pro comperto habuimus in hanc porticum per tres januas aditum patuisse, quæ gradus Basilicæ, & Solis ortum spectabant. Ille enim marmoreis postibus, valvis æneis, & quatuor columnis ornata tempore Pauli V. adhuc videbantur ea forma, quam in nostra tabula suo loco indicabimus; fideliter delineatam in Vaticana Bibliotheca, ubi in latere dextero parietis propè januam, jussu Sixti V. dictæ januæ fuerunt coloribus expressæ.

Antè has portas supra gradus area magna L jacebat quadris strata marmoribus, habebatque in longitudine palmos 200., ut refert Illustris. Ciampinus, in latitudine verò 76. At juxtà tabulam Ferrabosci palm. 185. longit. latitudinis verò 65. Juxtà delineationem Oldoini longitudinem palmorum 200. latitudinem palmorum 185. latitudinem palmorum 70. Ad eam marmorei gradus 35. ascensum dabant littera F expressi, qui omnes in quinque ordines ita distribuebantur, ut quilibet ordo septem gradus contineret, exiguoque aræ spatio quique ordo distingueretur, qui gradus, & aræ spatiosa palmorum 95. latitudinem æquabant, longitudine verò aræ magnæ omninò respondebant.

## CAPUT V.

*De Partibus Basilicæ Interioribus.*

**E**XPOSITO Basilicæ Vaticanæ Ichnographico veluti fundamento, reliqua sunt adnotanda, quæ ad ejusdem integram molem attinent. Tabulam pròinde Quintam Scenographicam expono, quæ partem interiorem Basilicæ ab imo pavimento usque ad apicem tecti comprehendit. Illam delineavi juxtà Archetypum, qui est in cryptis Vaticanis, de quo Torrigius pag. 153. licèt etiã à Ferrabosco, Illustris. Ciampino, atque Fontana suis in tabulis ostenda-

Fig. 4.

Fig. 5.

tur,